

Aduertencias para

cam ad absoluendum fratres suos, q̄; ad dispē-
sandum cum eis auctoritate suorum priuilegi-
orum est ordinaria, quia iurisdictio emanans
ex commissione perpetua facta à Papa vel
à non recognoscente superiorem, est ordinaria
quando est facta dicta commissio dignitati,
vel officio, vt hic & in alijs similibus priuile-
gijs, hoc tenent gloss. ca. fina, de officio ordi-
narij Nauarro c. 27. n. 42. Baldus lege vni-
ca. ff. de officio cōsulis. Cuius verba hæc sūt
Si est commissio perpetua facit ordinariū cui
commititur, & Panor. c. qm̄. de officio de le-
gati, §. cæterum, nu. 1. ¶ Idem dicendum de
iurisditione quam habēt prælatis superiores
Mendicantium ordinum in his Indijs quo ad
sæculares, quia Adrianus. 6. concessit prouin-
cialibus Indiarum Mendicantium ordinum
omnia priuilegia per suos antecessores con-
cessa, & in posterum cōcedenda fratribus In-
diarum, q̄ ea possint communicare suis fra-
tribus. Ex quo inferitur q̄ priuilegia que cō-
cedūt aliquid prælatis super laicos, vel super
fratres, vel quæ in posterum concedentur, q̄
prouinciales possunt communicare suis fratri-
bus quod est valde notandum, & alta mente
reponendum. Ex Veracrucē in Compendio.

¶ 5. est